Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1977
Quelle:
Copyright:

DVII.

500 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. nunc 60. 4. continet Doctrinae *Lutheranae* Articulos XII. primo tamen demto, qui deperiit, ita, ut nunc initium fit ab Art. II. de duabus in Christo Naturis ejusmodi: *Der ander artickl, von baiden naturen Im Herrn Christo. Wir glauben an Jesum Cristum einigen eingebornen*, Joan. 1. *vnnd eigenen*, Rom. 8. *Sonne der von ewigkait auſs des vattern weſen getzeuget* &c. Articulus III. agit de Ministerio Jesu Christi, IV. de Poenitentia, V. de bonis Operibus, VI. de vero et falso Dei cultu, VII. de Sacramentis, VIII. de Ordinationibus et Ministris Ecclesiae, IX. de Simonia, X. de Cerimoniis, XI. de Matrimonio, XII. de Magistratibus. Tractatus totus Instructio videtur quibusdam petentibus data. Articulus enim de Simonia incipit: *Weil ihr von dieſem artickl auch bericht begert, will ich ihn himit anhengen.* Verum quis? quibus? In tanta ejusmodi Confessionum copia difficile est dispicere.

DVIII.

612 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 67. 4. inscribitur *Directio*, dividiturque in III. Articulos, quorum primus de *Justificatione*, alter de *Ecclesia*, tertius de *Traditionibus humanis* tractat. Capita primi sunt: *Justificatio originalis, Peccatum originale, Arbitrium humanum, Justificatio reparatrix, Fides, Opera, Fiducia Operum.* Capita secundi: *Ecclesia vna, Potestas ecclesiae, Confessio, Caena Domini, Ritus communionis caenae Domini, Missa, Sacrificium.* Capita tertii: *Ordo ecclesiasticus, Coelibatus, Vota monastica, Delectus ciborum, Imagines, Festi dies.* Autor e *Lutheranis* est, mitis tamen. Tractationis methodus, congeries Locorum S. Scripturae, iisque subjunctae Adnotationes. Orditur a loco *Deut.* XII. *Quod praecipio tibi hoc tantum facito domino, nec addas quicquam nec minuas.* &c. Ad quem notatur: *Ea lex aeque christianis ac Judeis dicta est, vt per mediam uiam ingrediantur, et directam in sensum euangelij et omnino scripturae totius sacrae, nanque ab his siue in dextram homines deflectant, id est, addant ex suo sensu, siue in sinistram, id est negent, quod dicunt scripturae, par utrinque error et ratio credendorum ad licentiam perducta* &c. *Pauline Scalichii*, an *Seb. Pfauseri?* Exemplar certe alicui *Austriacorum* Principum oblatum.

DIX.

Codex chartaceus germ. Sec. 623
XVI. Folior. 17. 4. fine mulctatus inscribitur: *Klage Jesu Christi wider die vermeynten Euangelischen*, et incipit: *Ach wie ist menschlich geschlecht durch die sünde vnd vbertrettung meynes wortes so ganz vnd gar verderbt!* &c.